

QUERES II.

476 An possit quis sine peccato libros hereticos per se comburere, si non valcat eos sine suo gravi damno aut periculo Inquisitoribus configurari?

R. Epi. affirmative, si timor damni, & periculi sit verus, & prudens, Leander de conf. l. 3. disp. 9. q. 73. Bordonus in Bulla Cane. c. 1. n. 108. Sanchez, Faguu. Trullench. & alii apud illum. Quia lex humana non obligat cum tanto detrimentum: v. n. 271.

477 Sed difficultas est in assignando, cuius mali timor possit ex huiusmodi librorum configuratione contingere, Bordonus cit. ait: Dicendum existimo excusari eam, non solum qui bona fide à se ipso comburere: sed etiam qui metu pœe, aut quia ipse librum composuerit, aut quia sine facultate legitur, vel retinuerit, à se ipso comburere. Nam alias & finis legis habetur, quod scilicet liber supprimatur, & ad simplicem actum obedientiam non videtur eum tanto discrimine esse obligandum.

478 Sed rite id non probat Dian. cit. his verbis: Sed ego non video, quare legens hereticum librum absque facultate possit illum comburere, & non potius Confessario præbere, ut illum desinat Inquisitoribus? & se observatis Constitutionibus Pontificum absque periculo, & discrimine sicut. 479 Alia, hanc censeri sponte comparantem. Hinc Julius III. nu. 308. relatus, non

consignantes ibi expressis, ex retentione, quam supponit, non præcipit, ut puniantur, sed illis indulget, ut facta configuratione, abique aliqua abjuratone, à censuris, & penis ex retentione incurris, eo ipso in utroque sero sint absolvi.

480 Melius Leander cit. assignat: Cum enim Dominus Inquisitor, quando libros hereticos illis deservit, interrogat deserventem, unde illum habuerit, an illa usus fuerit, & bene illud habuerit, an illa usus fuerit, & bene illud daturum deserventi evenire.

481 Illud mihi verum, quod non potens librum heretici Inquisitori detere, vel quia ei opportunitas desit, vel quia aliqua rationalis causa id non permittit, & inde fit ad illius librum diu apud se retinere, in quoque opportunitas suppetat: tunc potest illum propria auctoritate comburere, quia ex una parte ad impossibile nemo tenetur: v. nu. 190. & ex alia melius facit quis comburendum, quam serpentes pulchrum visus, sed re pestiferum, apud se, cum sui, aut aliorum periculo, retinendo; sola curiositas humane conditioni novitatis amica connaturalis sufficientes dabit fortalem ad legendum impulsus. Cuius autem fortitudinis se jactabit luteum pigmentum, ut in occasione labendi diu permanent, ne frangatur, securum: v. n. 365.

P A R S T E R T I A.

De Denunciationibus faciendis pro Confessariis sollicitantibus.

Unum omnino hic monitum volo, Casus nimirum, qui in hac tertia parte exposuimus, figuratos, & fictos fere esse, non veros; & solum apponi, ut sint Confessariis lumen, ac regula ad Sacramentum Penitentiae studiose, ac vigilanter tractandum.

C A P U T I.

De Bullis, & Decretis circa onus denunciandi Confessarios sollicitantes.

482 Onus denunciandi Confessarios sollicitantes ad sanctum Tribunal Inquisitionis, habetur ex Constitut. Pauli IV. 16. Aprilis 1561. Pii IV. 6. Aprilis 1564. Clem. VIII. 3. Decembris 1592. Pauli V. 16. Se-

ptembris 1608. & Gregor. XV. 30. Augusti 1621. quæ Bullæ differunt in hoc, quia Pius, Clemens, & Paulus comprehendunt solum eadum sollicitationis multarum in actu confessionis, pro Regnis Hispaniæ, Portugalliæ, & Algariorum; Gregor. vero dilatat, comprehendendo casus sollicitationis cujuslibet persone, etiam extra occasionem confessionis, in Confessionario, & pro toto Orbe terrarum; obligando insuper Confessarios, ut

De Denunc. pro Confess. sollicit. &c. Cap. II.

ut penitentes de tali obligatione moveant his verbis:

Gregorius Papa XV.

483 Unversis Domini gregis curam, &c. statuimus, decernimus, & declaramus, quod omnes, & singuli Sacerdotes, tam Seculares, quam Regulares cujuscunque dignitatis, &c. qui personas, quocunque ille sint, ad inonestam, sive inter se, sive cum aliis quomodolibet perpetranda in acta Sacramentalis confessionis, sive ante, vel post immediate, seu occasione, vel prætextu confessionis huiusmodi, etiam ipsa Sacramentalis confessione non secuta, sive extra occasionem confessionis, in Confessionario, aut loco quocunque, ubi confessiones Sacramentales audiuntur, seu ad confessionem audiende electo, simulantes ibidem confessiones audire, sollicitare, vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos, & in honestos sermoverint, sive tractatus habuerint, in Officio S. Inquisitionis severissime ut infra, puniantur &c. mandantes omnibus Confessariis, ut suos penitentes, quos vocaverint sibi ad alium usum supra sollicitantes, moveant de obligatione denunciandi sollicitantes, seu, ut præsertim tractantes, Inquisitores, seu locorum Ordinarios prædicatis. Quod si hoc officium prætermiserint, vel penitentes docuerint non teneri ad denunciandum Confessarios sollicitantes, seu tractantes, in supra, idem locorum Ordinarii, & Inquisitores illos pro modo culpe punire non negligant, &c. Datum Rome, &c. die 30. Augusti 1623.

484 Bulla igitur Gregor. XV. est norma, & regula in hac materia, ita ut casus, qui in ea comprehenduntur, sint oneris denunciationis; secus qui aliter. Ut autem distinctius, & clarior procedat, singulas eius particulas expendimus, pro Regnis Hispaniæ, Portugalliæ, & Algariorum, qui suo muneris in tam gravi negotio satisfacere cupiunt, ut aures erigant, & studiose animadvertant horror.

C A P U T II.

De prima Clausula.

Omnes, & singuli Sacerdotes.

QUERES I.

485 An Sacerdos jurisdictionis carens, fingens eam habere, preberetur sub dicta clausula, & sit denunciandus?

E Un non comprehendit, & non esse exinde denunciandum, tenet Bord. in Trib. fidei. c. 23. n. 64. & Leander de Sac. penit. tract. 5. disp. 23. q. 39. quia alati Pontifices, & ipse

Gregor. in sua narrativa expresse loquuntur de Sacerdotibus deputatis ad confessiones; ude particula posterioris, Omnes, &c. referuntur ad priores; quia relatum est in referente, Barb. axiom. 201.

486 Resp. tamen, omnino comprehendi, & esse denunciandum ex vi Bullæ Gregor. Dian. tract. c. v. § 8. Caltrayal. quia per particulas Omnes, & singuli, comprehendit omnes Sacerdotes tam dillibitute, quam collective, ut nullo, qui sit Sacerdos, excipitur; simplex autem Sacerdos non approbatus, fingens esse approbatum, vere, & proprie est Sacerdos, adeoque comprehenditur; nam eo ipso, quod fingit esse approbatum, habetur iuris à lege Gregor. expressis, ne pro medicina venenum, pro pane alpidem porrigat, in Ecclesia pernicem. Et ita, si penitens accedat pro confessione ad simplicem Sacerdotem, quem putat esse Confessarium, ille vero eam linguens in bona fide excipitur, & in confessione, aut immunde post, vel ante, etiam confessione non secuta, aut absolute non data, sollicitus, est denunciandus. Suam sententiam revocat Bord. in man. consult. de anno 1692. fidei. 25. n. 5.

487 Ad rationem in oppositum, Gregor. in principio Bullæ loquitur de Sacerdotibus deputatis, non ex propria mente, sed referendo expresse dispositiones suorum antecessorum, qui de deputatis loquuntur, illasque confirmat, & post earum confirmationem, in odium tanti sacrilegii, motu proprio dilatat onus denunciandi tam quoad casus, quam quoad personas tam sollicitantes, quam sollicitantes, quod ut vidimus monet, 488. alii Pontifices non fecerunt, unde dispositio Gregor. referunt ad Sacerdotem deputatum, non sub restrictione verè depreati, sed sub universalitate veri Sacerdotis: & quia simplex Sacerdos fingens fedepartum ad confessionem, est vere Sacerdos, ideo comprehenditur sub lege Gregor. tum quia hec intelligenda sunt secundum proprietatem verborum, 1. non aliter, ff. de legat. 2. leg. fin. Cod. de his, qui ven. Glos. addit. Clem. II. de scriptis. Barb. axiom. 122. & lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda, l. de pretio, & de publica in rem act. ex cap. solita de major.

488 Nec officit, quod à simplici Sacerdote non ferret Sacramentum, præsertim si non absolveret. 1. Quia accusatio est Sacramentalis, quantum sufficit ad obligationem sigilli Sacramentalis. 2. Quia Gregor. non requirit confessionem, ut patet per illas particulas, Confessione non secuta: v. n. 536.

QUÆRES II.

489 An mandans, fingens se Sacerdotem, & interpret, sollicitus, sint denunciandi?

Mandante Confessario, ut pro se sollicitus penitentem: eum, qui se fingit Sacerdotem, cum non sit, & interpretem confessionis, si sollicitus in actu confessionis, aut immediate, vel post, esse ex vi harum Bullarum denunciandos, asserunt Erciras, Eicobar, & Trimarcus; quia habetur finis legis, quod porrigant pro patie aspidem, in Ecclesie perniciem. Specialiter de mandante statuerit, quia qui per alium a liquid facit, est perinde ac si per ipsum faciat. Et interpret participat de actu Sacramentali, quatenus ad sigillum tenetur.

Resp. non esse ex vi harum Bullarum denunciandos, cum Diana p. 10. tr. 14. ref. 42. p. 1. tr. 4. ref. 15. p. 4. tr. 5. ref. 9. Leandro de iur. Panit. tr. 3. disp. 12. a. 9. 26. Caltror. tom. 1. tr. 4. disp. 9. p. 4. 9. 5. & non nullis apud ipsos. Probatur, nedum quia odia iuri restringenda, sed etiam ex proprietate verborum legis. Nam lex expressit loquatur de Sacerdote, qualis non est Sacerdos fictus. Item de Sacerdote gerente munus Confessarii, cuiusmodi non est mandans, aut interpret. Nec officit, quod mandans, aut interpret sit Sacerdos, aut Confessarius; quia materialiter se habet, cum possit esse laicus. Tum quia interpret se tenet ex parte penitentis, non Confessarii, nam eo penitentis iuratur, quando deficiente copia Confessariorum, Confessarius, qui suppetit, est eius linguis ignarus, & cum eius denunciandi sit expresse impeditum contra Confessarium sollicitantem, non contra penitentem sollicitatum, interpret sollicitans non comprehenditur.

Ratio in contrarium non obstat, quia licet militet idem finis, non militat eadem poena, quoniam lex eos non expressit, cum potuisset, quod indicat eos comprehendere noluisse, iuxta illud, Lex, si aliquid voluisset, expressisset legem. S. in autem, C. de caduc. toll. l. si servum, ff. de acquir. heredi. S. pater, v. non dixit, C. de iudicium. 21. ad decem. Pe lina, tr. 6. c. 2. n. 123. C. 2. n. 24. item ex reg. iuris in 6. reg. 15. In edicto non valet arguendum de casu expresso ad casum non expressum, de persona ad personam, ex identitate, aut similitudine rationis; nam expressio rationis non extendit legem; quia lex odiosa non minus pendet à voluntate legislatoris, quam ab eius ratione, Rodr. tom. 1. q. 11. art. 6. §. 14. C. 9. 47. art. 3. in fine, Port. tom. 1. lex in addit. n. 13. Bord. tom. 4. p. 2. ref. 149. nu. 59. & Com.

Ex his sequitur, quod laicus, aut Clericus,

non Sacerdos fingens se Sacerdotem, & Confessarium, si sollicitus, non sit denunciandus; bene vero Sacerdos, si fingat se Confessarium, factus, si non fingat se Confessarium, Tancr. tom. 4. tr. 1. de panit. q. 1.

490 Dico tamen, eos esse ex alio capite, & ex aliis Bullis denunciandos, Leander cit. & Diana p. 10. tr. 9. ref. 32. quia sunt suspecti in fide, quatenus abuntur Sacramentis, non minus, quam qui abuntur hostia consecrata ad sacrificium inveniendum. Maximè ex Constat. Gregor. XIII. contra eos, qui se Sacerdotes simulant confessiones excipiunt. Requiritur autem, ut absolutioem etiam dederint; quia non censetur Sacramentum Penitentiae administrasse, si absolutioem non dederint, Casp. p. cit.

QUÆRES III.

491 Confessarius sciens hoc mane tali hora Cratharum ad ipsum accessum pro confessioe, profuit in Confessario non Sacerdotem, si penitentem se Confessarium, qui mulierem accedentem sollicitavit ut rem haberet cum ipso Confessario, An sit denunciandus?

Resp. penitentem non teneri denunciare sollicitantem, quia non erat Sacerdos: nec ipsum Confessarium, quia est mandans, iuxta dicta n. 9. Tancr. tom. 4. de panit. tr. 1. q. 13.

Si vero, quando fuit actus sollicitationis, si in actu confessionis, si ve proxime ad confessionem, si ve in Confessario, Confessarius fuit praesens, tunc est denunciandus, non minus, quam si dedisset mulieri scripturam sollicitationis domi legendam, ex a. 567. quia tunciple loqueretur inhoneſta cum muliere, medicina alio tanquam instrumento sibi coniuncto, plus quam media scriptura, Tancr. cit.

QUÆRES IV.

492 Confessarius casu audivit confessionem eiusdem mulieris, quam ipsa faciebat cum alio Confessario, & cognoscens inde mulierem facilem ad peccata carnis, illam est immediate insecutus post confessionem, & ab ea inhoneſta requisivit, An denunciandus?

Resp. non esse denunciandum, Tancr. cit. q. 27. quia Bullæ loquuntur de Sacerdote audiente confessionem, ut Confessario. Hic autem audivit factam confessionem factam cum alio Confessario, & non ut Confessarius; materialiter enim se habet, quod sit Confessarius, quoniam talis auditor poterat esse laicus.

Eadem ratione Diana part. 10. tr. 14. ref. 42. §. unde ait, non esse denunciandum, qui tabulis, aut signis provocat mulierem, idem

alteri confitetur, quia licet inferat injuriam Sacramentum, non inferit ut Confessarius, sed ut extraneus, qui potest esse laicus.

QUÆRES V.

493 An Confessarius sollicitans teneatur denunciare se ipsum?

Resp. non teneri, Leander cit. q. 43. Diana part. 1. tr. 4. ref. 8. quia nemo tenetur procedere seipsum, ex cap. Aliquando, de penis dist. 1. v. n. 609. & quilibet à denunciando excusatur, quando ex denunciatione probabiliter & prudenter timet periculum propriae famæ, vite, honoris, &c. quia præcepta humana non obligant cum gravi noxio, Leander cit. q. 44. Peyr. & alii apud ipsum.

QUÆRES VI.

494 An mulier sollicitans sit denuncianda? Resp. negative, quia lex Confessarium, non penitentem sollicitantem exprimit. Hinc roboratur resolutio n. 488. Imo mulier denuncians, si ipsa consensit, non tenetur suum manifestare consensum; quia materia denunciationis est sollicitatio, seu actus inhonestus Confessarii, minime mulieris, seu penitentis. Constat ex Bulla Greg. n. 487. Diana p. 1. tr. 4. ref. 32. Bor. in man. consult. scilicet. 25. n. 168.

CAPUT III.

De secunda Clausula.

Persona, quæcunque illa sit.

495 **S**ub quibus terminis, ex proprietate verborum, veniunt feminae, & matres; puellæ, & pueri rationis inexpertes, sicut enim (ut advertit Bord. cit. n. 19.) parentes suos quinquæque sex annorum presentare Confessario, ut illis ad hoc Sacramentum paratim alliciant; unde si tunc Confessarius aliquem puerum aut puellam ex istis sollicitet, est omnino denunciandus.

CAPUT IV.

De tertia Clausula.

Ad inhonestam.

496 **N**omine inhonesti veniunt solum actus venerei. Unde Confessarii sollicitantes in confessione penitentem ad alia crimina, puta furti, homicidii, non sunt denunciandi; Diana p. 1. tr. 4. ref. 20. p. 4. tr. 5. ref. 17. & ex praxi DD. Inquis. idque ex vi Bullæ Gregor. Ex alio autem capite sicut furti, hæresi, & cognoscuntur ab Inquisi-

Examen Ecclesiast.

toribus, ex abusu scilicet Sacramenti, Bord. in man. consult. scilicet. 45. n. 122.

497 Sollicitatio igitur, quæ non ens denunciationis parit, est tentatio à Confessario adversus penitentem facta ad inhonestam. Ad inhonestam tentare dicitur provocandum, invitando aut alliciendo verbus aut signis de se ordinatis ad actus venereos. Signa sunt oscula, tactus impudici etiam sui ipsius Confessarii, tactus manuum penitentis sine causa, misio oculi manibus, fluidosa compressio pedum, aut oculi, & similia figura anatoria, quibus amantes uti solent ad invitandum, aut allicendum aliquam personam ad sui amorem.

498 Quod est verum, etiam si sollicitatio fiat per signa venialiter inhonestam, nempe leviter indicativa amoris lævici; quia licet tales actus sint ex se leves, ex circumstantia tamen temporis ministrant sollicitantem exprimit. Cum quo sunt coniuncti, sunt graves, & mortales, ac proinde pariunt onus denunciationsis, Leander cit. q. 12. Diana p. 10. tr. 14. ref. 44. contra Soula, Casp. & Tancr. de panit. tr. 10. q. 10. tom. 4. dicentes, non esse denunciandum Confessarium, si penitentem tactibus ex se honestis tangat, solum ex circumstantiis venialibus, & penitens cognoscat Confessarium non habere animum ulterius progrediendi, nec ipsam habere periculum contentendi in grave peccatum; quia excommunicatio major in edicto fulminata non fertur, nec ligat, nisi pro culpa mortali. At hoc fundamentum ruit, quia huiusmodi actus, alios leves, esse graves ex circumstantia ministris, probatum est in tom. 1. de voto.

499 Ad onus denunciationsis non requiritur, quod sequatur principalis effectus, per sollicitationem intentam, aut quæ persona sollicitata consentiat; sed sufficit, quod sit attentatus, ut constat ex verbis sequentibus Bullæ, Sollicitans vel provocare tentaverit: v. n. 547.

QUÆRES,

500 Confessarius in confessione mulierem, que de sepe marito amore querebat, docuit artificia pluresque modos inhonestos allicitivos, & remedia quædam applicanda vasi, pariter ad allicendum maritum, An sit vici sollicitationis, & denunciandus?

Resp. affirmative; quia docuit meretricia cum alio perpetranda. Item quia locutus est provocativa ad motiones carnales in se ipsis.

CAPUT V.

De quarta Clausula.

Sive inter se, sive cum aliis quomodolibet perpetranda.

501 **P**otesť Confessarius penitentem sollicitare ad inhonestam, sive secum, sive cum aliis habenda, gerendo minus infame lenonis. Uno autem, aut altero modo sollicitur, est denunciandus, etiam si penitentem sollicitur, ut ipsa cum alia mediet pro fornicatione. *Est Com.*

CAPUT VI.

De quinta Clausula.

In actu Sacramentalis Confessionis, sive ante, vel post immediate.

502 **Q**uid fit sollicitare in actu sacramentalis confessionis, constat. Quid vero, fit ante, vel post immediate, est difficultas, quae declaratur per sequentes casus.

Ex vi Bullae Gregor. non est denunciandus Confessarius sollicitans in aliis Sacramentis, nempe in administratione Baptismi, Matrimonii, &c. quia nulla de iis fit mentio, Diana 4. par. tr. 5. ref. 16. Leander cit. 7. 10. qui advertunt, eum esse denunciandum Superiori, ut corrigatur, ut abutor Sacramenti, ob quod est suspectus de heresi.

QUÆRES I.

503 *Confessarius post auditam confessionem mulieris accedit ad eam domum, ibique, aut in itinere illam sollicitat. An sit denunciandus?*

Afirmat: Lezana in summa 99. regul. c. 19. n. 24. Peyr. & Hurtadus de matrim. qui prætextum ait, peccatum carnis à Confessario cum penitente committitur intra 24. horas post confessionem, esse casum denunciationis.

Negative respondit cum Leandro cit. qu. 28. Diana, Castrop. & aliis. Ratio est; quia non sollicitur in actu, aut in loco confessionis, nec simulat confessionem, ut constat; nec ex prætextu confessionis, quia præcedens confessio non fuit velata, sed vera; nec occasione confessionis, quia occasio confessionis dicitur invitationem, atque etiam provocationem ante actum confessionis, ut in n. 509. quæ non habentur in casu. Et licet ad id interius sit motus in actu confessionis, ex quo movetur illam audire, aut vidit; id

tamen per nullum signum externum expressit quod requiritur, ut pœna humane subiciatur. Nec denique quia immediate post, in quo solum est difficultas. Nam per cit. Doctores, & per ipsum Hurtadum de iustitia, fol. 299. illa sollicitatio dicitur facta immediate ante, vel post confessionem, quando inter confessionem, & sollicitationem, nec penitentis, nec Confessarius divertitur ad aliud loquendum, vel faciendum; unde si data absolutione Confessarius, aut penitens ad extraneos actus se divertit; v. g. audiendo Missam, &c. & sic divertit seminum sollicitur, non dicitur sollicitare immediate post confessionem; cum ergo hoc totum eveniat in casu, non erit casus denunciationis: v. n. 520.

504 **I**d confirmat Bord. in Trib. fidei, c. 23. nu. 25. cum Carena, & aliis, dicens, ly immediate ante incipere, quando penitens primo petit confessionem, vel ad eum iam expostum in Confessionali accedit, & desinit quando narrare incipit; unde intra illud spatium sollicitans, dicitur sollicitare immediate ante confessionem: si vero Confessarius videns mulierem in stallo genuflexam, sollicitur, non dicitur sollicitare immediate ante, cum non sollicitur intra illud spatium. *Ly immediate post,* incipit à data absolutione, & desinit, postquam penitens recessit à conspectu Confessarii, genuflexendo extra locum confessionis in alio loco, ut lolet: & tunc Confessarius de suo loco recedens, si accedat illuc, & sollicitur, non dicitur sollicitare immediate post confessionis actum: & ita multo minus, si in itinere, aut in domo. Item Bord. n. 37. addit, Confessarius dicit sollicitare immediate ante, quando sollicitat penitentem ante eum, licet petierit confessionem. *Nec dicit sollicitare immediate post,* si eum sollicitur, postquam immediate recessit à Confessarii pedibus: v. n. 568.

Ceterum sententia affirmativa valde mihi ardet, si sollicitatio contingat eodem die, & ex peccato carnis in confessione auditu, quia videtur facta occasione confessionis, quia cognovit penitentem proclivem ad venerem. Et cum sit facta eodem die, dicitur facta in continentibus; unde licet non sit immediata, est proxima confessioni: & ita tenet Bord. in man. consult. sect. 25. n. 38.

QUÆRES II.

505 *Mulier ad confessionem accessit, Confessarius autem ante Crucis signum eam præsentat, & dilata in alium tempus confessionem, illam sollicitavit. An sit denunciandus?*

Resp.

Resp. Affirmative, Diana, & Com. nam tunc dicitur sollicitare immediate ante, quia post accessum penitentis ad Confessarium expostulum. Nec officit, quod confessio non sit secuta, quia in Bulla expresse habetur quod Confessarius sollicitans sit denunciandus etiam ipsa Sacramentali confessione non secuta, numer. 321.

QUÆRES III.

506 *Confessarius immediate post confessionem dixit mulieri: Expecta me paulisper in Ecclesia; ipso autem à loco confessionis recedens, ad aliud opus se divertit, tandem rediit, & eam inveniens sollicitavit. An sit denunciandus?*

Resp. Esse denunciandum, si quando ad mulierem rediit, nullo habito cum illa tractatu antecedenti honesto, eam sollicitavit; quia hæc sollicitatio habet initium à confessione immediate post.

Si vero ante sollicitationem habuit tractatum de aliquo serio & reali negotio, & post illum accedit sollicitatio, tunc est necessaria distinctio, vel enim sollicitatio incipit à muliere, quatenus hæc primo Sacerdotem provocavit ad inhonestam, vel incipit ab ipso Confessario. Si primum, Confessarius correspondens provocationi mulieris non est denunciandus: bene vero si secundum. Quia in primo casu dignoscitur, quod verba illa: *Expecta paulisper,* non fuerint ordinata ad sollicitationem, sed hæc per accidens, & independentes ab illis contingit. In secundo autem dignoscitur, quod fuerint ordinata ad inhonestam, & quod tractatus antecedens fuerit artificiose factus à Confessario ad palliandam sollicitationem, quoniam exitus acta probat: nec juvat, quod Confessarius reversa, quando dicit: *Expecta,* haberit intentionem solum tractandi negotium, non sollicitandi, licet postea per accidens sollicitaverit: non juvat, inquam, si fuit primus ad sollicitandum: quia Ecclesia iudicat de extrinseco, numer. 507. & 559.

Quod si præfatus Confessarius non accessit tunc ad Ecclesiam, ubi & quando dixit se expectandum, sed sequenti die eam provocavit ad inhonestam, videtur, quod non sit denunciandus; quia provocatio est à confessione remota, & prava illa intentio potuit contingere nocte intermedia: v. numer. 511. Tum quia, in continentibus facta non dicitur, die interposita, leg. Quod ait 23. §. Quod, ff. ad l. Jul. de adult. Bord. in man. consult. sect. 25. n. 31.

QUÆRES IV. TRIA.

Resp. Confessarius statim post confessionem dixit ad subiectam puerum, & sollicitavit.

2. *Confessarius statim post confessionem dixit puero: Veni hodie mecum domum, & tradam tibi chirographum tuarum confessionis. Accessit puer, & Confessarius eum sollicitavit.*

3. *Confessarius penitenti penitentiam imposuit, ut ab ipso Confessario domi nuda disciplina singulis afficeretur, & id accidit. An lapsus in di Confessarius sit denunciandus?*

507 **R**esp. Affirmative cum Diana 4. p. 21. 4. ref. 11. Leander cit. q. 35. quia illi, & similes casus ratione dependentiæ includunt confessionem, & huiusmodi sollicitationes habent initium ex confessione per signum externum per se ordinatum ad inhonestam, datum in primo, & secundo immediate post confessionem, in tertio vero casu datum in ipso actu confessionis, nam penitentia est per se annexa actui confessionis. Quod tale signum externum sit per se ordinatum ad inhonestam, patet ex exitu; quoniam exitus acta probat. Item in primo casu sollicitatio est immediate post confessionem; quia nil mediat inter ipsam, & confessionem, nisi ipsa conductio ad effectum sollicitationis. Et hæc ratio Confessarius, qui dat mulieri immediate post confessionem schedulam sollicitationis domi legendam, est denunciandus, Leander cit. q. 25. contra Castropal. vid. n. 562. & ex simili ratione denunciandum dicitur Confessarius, qui sciens feminam ad ipsum accedere pro confessione, ita ut velit statim confiteri, ipse vero eam statim præveniens sollicitur. Aut si mulieri confessionem petenti confessionem dilatare, & sollicitur, quia immediate ante sollicitur. Eadem ratione denunciandus est Confessarius, si in confessione sua deat mulieri, ut sibi domi verenda ostendat, quæ infecta morbo dixit; huiusmodi enim sunt actiones inhonestæ, à confessione per actum externum dependentes.

QUÆRES V.

508 *Confessarius audita Confessione nihil dixit puero, sed ipse postea talis in eius domum chirographum confessionis, & de inhonestis egit. An denunciandus?*

Resp. Non esse denunciandum, iuxta dicta in nu. 502. si nihil de hac delatione dixit puero in confessione, Bord. n. 57. quia tunc sollicitatio non est immediata, & proxime pendens à confessione, sed remote. Eilet autem denunciandus, si proxime ad confessionem dixisset puero: *Ego ducam in tui domum chirographum confessionis,* etiam si suam mentem inhonestam non expressisset, ob rationem de n. 507. v. n. 568.

CAPUT VII.

De sexta Clausula.

Sea occasione, vel pretextu confessionis iniuriosae, etiam ipsa Sacramenti confessione non fecita.

509 **H**æc duæ particulae, occasione, & pretextu confessionis, sunt diversae, quia occasio est confessionis vere petita, pretextus vero est velamine, & color confessionis, quæ non est, aut falsa est. Dicitur enim *sub pretextu*, idem significat, quod *sub velamine*, vel colore alicuius rei, quæ non est, vel iam definit esse, seu falsa est, *l. sub pretextu, C. de tranlat. lit. pro claritate*. Unde occasio confessionis dicit invitationem ad confessionem veram; pretextus vero dicit invitationem ad confessionem coloratam, & fictam.

QUERES I.

510 *Confessarius vocatus hodie à penitente ad audiendam eius confessionem domi sequenti die: accessit sequenti die ad eius domum, & eam confessione postposita sollicitavit. An sit denunciandus?*

Resp. affirmative, *Bord. cit. n. 38.* quia violavit hanc particulam, *Occasione Confessionis*, quoniam occasionem sollicitandi accepit à confessione petita à persona vere confiteri volente, data illius temporis opportunitate.

Ut autem hanc particulam à precedenti particula, *immediate ante*, distinguas, tres distinguo casus.

Confessarius tripliciter potest penitentem sollicitare. 1. Quando nulla facta prius petitione, penitens confiteri volens genuflectit coram Confessario expolito, qui ante Crucis signum illum prævenit, & sollicitat. 2. Quando facta prius petitione confessionis, Confessarius penitentem prævenit, antequam ille genuflectat, vel antequam ipse confessionem excepturus sedeat, & sollicitat, sive postea confessio sequatur, aut non. 3. Quando facta prius petitione confessionis, Confessarius sedeat, & penitentem genuflectum, antequam narrare incipiat, sollicitat. In 1. casu Confessarius est solum violator particulae, *immediate ante*, dixi in n. 503. & 504. & non alterius particulae, *occasione confessionis*, quia occasio dicit invitationem, quæ in casu non præcessit actum confessionis. In 2. casu est violator solum posterioris particulae, *occasione confessionis*; quia præcessit invitatio. In 3. autem casu est violator utriusque particulae: & quia sollicitat occasione confessionis, nam præcessit invitatio, & quia immediate ante, ob dicta superiora.

Si autem nulla facta petitione confessionis Confessarius sollicitet materiam in Ecclesia contentam, non est denunciandus, etiam si statim post sollicitationem mulier confessionem petat ab eodem, si ille post petitionem non sollicitet, quia occasio, & pretextus, uti causæ, debent præcedere effectum sollicitationis, *Bord. in man. confesit. sect. 15. n. 32. v. n. 507.*

QUERES II.

511 *Confessarius post auditam mulieris confessionem, & ibi ejus adulterium, accedit ad eius domum, ibique, aut in itinere illam sollicitavit, & cum mulier venisset, Confessarius subpretextu cum aliis es adulterata, bene potes mecum. An sit denunciandus?*

Videtur, quod non; nam si esset denunciandus, maxime ex illa clausula, *Ex occasione confessionis*; sed non ex ea, quia occasio dicitur invitatio, non provocatio, non ante actum confessionis, quæ nulla præcessit, igitur non est denunciandus, uti dictum est in 1. casu n. 503.

Resp. tamen esse denunciandum, nedum ut fractorem sigilli, verum etiam ut reum sollicitationis ex occasione confessionis; nam iste occasionem sollicitandi desumpsit ex confessione audita, quod ipsamet exprimit per signum exterum, per allata verba subjuncta mulieri, quod signum externum non habetur in casu n. 503. & ideo ibidem excusavimus: unde cum in hoc casu cesset ratio excusationis, cessare debet excusatio, & rationem dico, non esse denunciandum ex vi sollicitationis, si dicitur physica esset tanta, v. g. plurimum dierum, ut sollicitatio prudenter non censeretur moraliter cum confessione conjuncta: v. n. 506.

Ad rationem in oppositum, dico, id esse verum de occasione confessionis faciendæ; minimum de occasione confessionis, dum fit, quæ quidem parit onus denunciationis, non minus quam illa, si exprimitur per signum externum.

QUERES III.

512 *Confessarius amore captus cursum mulieris, non expectat, ut invitetur, sed ipse eam pro sequenti die ad confessionem invitat: accedit ad Ecclesiam mulier, & Confessarius nil de confessione curans, ino se det locum mulieri, ut verbum nullum de confessione loquatur, illam antequam Ecclesiam expectat, & ibi sollicitat. An sit denunciandus?*

Resp.

Resp. affirmative, *Bord. cit. n. 39.* quia est violator illius particulae, *pretextu confessionis*: sollicitat enim ex colore confessionis.

QUERES IV.

513 *Mulier facta conventioni cum Sacerdote de peccato carnis: agnoscentem difficultatem executionis pro familiaribus domus, agrotam se fingens, cum de ejusdem preterito confitendo vocavit sub pretextu confessionis, & ita rem habuerunt, An talis Sacerdos sit denunciandus?*

Affirmat Fagundes *lib. 6. in Dec. c. 12. n. 17.* cum Sacerdo, quia sumptis ad inhonestam opportunitatem ex confessione. Negant Diana 4. p. 11. 5. ref. 37. Freiras, & Leander *cit. q. 24.* quia in casu, pretextus confessionis non est per se, & proxime ordinatus ad sollicitationem, seu ad inhonestam, sed remote; proxime enim, & per se est ordinatus tantquam medium ad averterdos familiares domus à scandalo, & suspitione mali; nec res habita, aut sollicitatio habet ortum ex pretextu, sed ex tractu prævio. Idem tenet Tancr. *tom. 4. rr. 1. de Penit. q. 19.* si mulier vocet in sui domum Confessarium ex compacto fingens velle confiteri, ut sic decipiat Superiorem ad dandam licentiam exundi, & tunc rem habet, n. 515.

Omnino autem est denunciandus, si inhonestam tractans confessionem simulet ad adhaerentes illudendos, etiam si simulatio fiat ex condico mulieris; quia sola simulatio confessionis in sollicitatione onus denunciandi parit, n. 541.

QUERES V.

514 *Mulier non ex compacto, sed vero colore confessionis vocavit in sui domum Confessarium, qui cum accessisset, à muliere provocatus, habuit rem cum illa. An denunciandus?*

Resp. affirmative, *Tancr. cit. q. 19.* quia vere habuit inhonestam cum muliere pretextu confessionis.

QUERES VI.

515 *Confessarius Regularis ad facilius obtinendam à suo Superiore licentiam exundi, fingit sibi oportere exire à Monasterio ad audiendam confessionem suæ penitentiæ infirmæ, quam tamen non vult audire, sed inducere ad inhonestam, idque in effectu accidit. An denunciandus?*

Resp. non esse denunciandum, *Bord. n. 58.* quia si esset denunciandus, maxime ex pretextu, vel ex simulatione confessionis. Non ex pretextu; nam pretextus est color confessionis cum ipsa penitente, non cum tertio persona. Nec ex simulatione; quia simulatio attenditur respectu loci, non respectu tertie personæ; fit enim per ipsum factum confessionis in

actu secundo simulatum in loco; in casu autem solum fingitur Superiori futura confessio: *vide num. 513.*

QUERES VII.

516 *Mulier vocavit in sui domum Confessarium non confessionis, sed solum confitendi causa; quo datur Confessarius ab ea inhonestam quesivit; at quia illa respondit, se nolle assentiri ob reverentiam, quam habet in confitendo peccata carnis, Confessarius se tenens, se ejus confessionem excusationis quando ei placuerit, An sit denunciandus?*

Resp. non esse denunciandum, Lupus *de Inquis. p. 1. lib. 5. dist. 7.* & *Bord. cit. n. 41.* Ratio est, quia in hoc casu nullo adit conditio ad onus denunciationis à Pontificibus requiritur. Ostenditur discurrendo per singula. Hæc, inquam, sollicitatio ad inhonestam non fuit in actu confessionis, ut conlat. Non immediate ante; quia mulier non accessit pro confessione. Non immediate post; quia ejus confessionem non exceperat, & quando postea excepit, eam absque illa sollicitatione dimisit. Non in confessionario, aut simulando confessionem, ut patet. Non occasione confessionis; quia sollicitationem non præcessit invitatio ad confitendum. Nec demum ex pretextu confessionis; quia nullum præcessit velamen confessionis. Et cum non fit alia conditio, quæ onus denunciandi Confessarium sollicitantem pariat, sequitur, quod talis Confessarius non sit denunciandus.

Non oblat autem, quod confensus mulieris ad turpia dependet postea à confessione, quæ non præmissa, cum Confessarius non obtinere. Quomodo licet consensus mulieris à confessione dependat, non sic sollicitatio. Bulla vero solum loquitur, & disponit de sollicitatione Confessarii, maxime de consensu mulieris sollicitate.

517 *Ex his colliges, capita denunciationis ex vi sollicitationis singillatim sufficientia ad onus denunciationis esse septem. 1. Actus confessionis. 2. Immediate ante. 3. Immediate post. 4. Occasio confessionis. 5. Pretextus confessionis. 6. Confessionarium. 7. Simulatio confessionis.*

QUERES VIII.

518 *Mulier accessit ad Confessionarium dicens, se velle sequenti die confiteri; Confessarius autem non sequenti die, quando hæc pro confessione accedere debet, sed tunc eam sollicitat extra Confessionarium, nec confessionem simulat, An sit denunciandus?*

Non esse denunciandum, tenent Leander *cit. q. 20. Caltop. tom. 1. rr. 4. dist. 9. p. 10. B. n. 4. Sacerdot. & Trullench. apud Leandrum.* quia

quia tunc sollicitatio non est proxima confessioni faciendae, sed est proxima conventioni de illa agenda. Idem tenet Tancr. tom. 4. et. 1. de *Penit.* q. 16. qui solum dicit esse denunciandum, si mulier dicat se vel non cras, sed statim confiteri, & Confessarius dissuadeat, & inhonestia tractet, &c. v. n. 507.

509 Ego tamen puto esse denunciandum ratione illius particulae: *Occasione confessionis*; quia ex invitatione ad confessionem sequenti die faciendam supplicat Confessarius occasionem, & opportunitatem sollicitandi. Unde licet sollicitatio non sit proxima confessioni, est proxima petitioni confessionis. Item quamvis invitatio, & occasio confessionis non sit proxima confessioni physice, & quoad tempus, est illi proxima moraliter, & quoad ordinem ex intentione ipsius mulieris, quae talem petitionem per se ordinat ad confessionem sequenti die faciendam: ex quo fit, quod ejus petitio hodie facta, censetur moraliter cum confessione crastina conjuncta, non minus quam volitio efficiendi cras inimicum est moraliter cum crastino homicidio conjuncta; ex quo fit, quod quando in confessione exprimitur homicidium, non fit talis volitio exprimens; non alia ratione, nisi quia haec volitio hesternae non est moraliter interrupta ab hodierno homicidio.

Ratio igitur ad oppositum, quod sollicitatio non fit proxima confessioni faciendae, solum probat, quod Confessarius non fit denunciandus ex vi aliarum particularum: *Inmediate ante, vel post*; non probat autem, quod non sit denunciandus ex vi hujus particulae: *Occasione confessionis*. Post haec scripta inveni pro mea sententia, Bord. in *man. consuls. sect. 25. n. 33.*

Haec meae decisio corroboratur ex primo casu n. 510. ubi nulla est in re confessio, & sollicitatio dilat per diem ab invitatione ad confessionem, & tamen Confessarius sollicitanter denunciandus esse diximus.

QUERES IX.

509 *Mulier accessit ad Confessarium, ut sibi confiteretur. Confessarius autem eam dissuasit ex mala intentione, ut postea illam provocaret ad inhonestam, at tunc nihil dixit, nec per aliquod signum pravam intentionem ostendit; sed recedente muliere accessit ad ejus domum, & ibi, aut in itinere, sibi in Ecclesia sollicitavit, An sit denunciandus?*

Videtur, quod sit denunciandus, quia talis sollicitatio est facta occasione confessionis, & incepta immediate post petitionem confessionis per ipsum aclusum dissuasivis, qui

fuit inhonestus, utpote factus animo postea provocandi ad inhonestam, aclus enim specificatur a fine: & solum non videtur denunciandus, quando ex circumstantiis constaret, quod dissuasio non fuerit facta in malum finem, licet postea per accidens sequeretur tractatus inhonestus, uti supra, in vita, &c.

Resp. negative, Tancr. tom. 4. et. 1. de *Penit. disp. 6. q. 16. pag. 126.* ubi dicit, hanc esse sententiam communem. Ratio est; quia supposita est mala intentio, Confessarius sollicitus, seu minus malum facit dissuadendo mulieris confessionem, & ab ea se emendo, quam eam excipiendo: nam sic liberatur a sacrilegio, quod incurreret ministrando in peccato mortali; sed si confessionem excepisset, provocando postea in itinere, &c. non esset sollicitator in confessione, nec occasione confessionis, ad proinde non esset denunciandus, ut diximus in n. 507. ita a fortiori in hoc casu.

Præterea dissuasio illa, si attente consideretur, non est inhonestam; quia ejus finis non est provocatio futura, sed vitatio sacrilegii, & periculi sollicitandi in confessione, stante intentione postea mulierem provocandi; qui finis est in se bonus, & solum concomitanter se habet ad intentionem postea provocandi. Similiter dicimus in tom. 2. de voto, esse honestum, & tenere verum, quando voles elemosynam, si non capias in furto, & sibi tinas prolem ex adulterio, quod intendis; quia tunc finis voti est salus, & proles, quæ sunt in se bona; furtum vero, aut adulterium non est finis, aut effectus à voto intentus, sed solum concomitanter se habet.

Similiter ob eandem rationem, si Petrus tentatus à Virgine ad rem, nolens fornicationem, & volens vitare periculum, quod inde immineret, fornicationem dissuadeat, intendens illam ad sola oscula provocare, talis dissuasio inhonestam non esset, licet conjuncta cum intentione mala osculorum; quia solum concomitanter ad illam se haberet.

Tum quia talis dissuasio materialiter, & per accidens se habet ad provocationem mulieris; nam Confessarius, etiam si ejus confessionem excepisset, posset postea in itinere, &c. eam provocare, & abique eo quod esset denunciandus: v. n. 503. & 504.

Cum igitur talis dissuasio confessionis non habeat per suo sine provocationem ad inhonestam postea faciendam, nec sit effectus, aut medium intentionis illius, sed solum concomitanter se habeat, non videtur inhonestam contrahere, nec esse casus denunciacionis.

Talis tamen esset, si dissuasioni confessionis

licet

De Denunc. pro Confess. sollicit. &c. Cap. VIII. 587

statim post petitionem facte Confessarius immediate subiungeret aliqua verba, aut signa cum futura provocatione connexa, & ad illam ordinata, v. gr. si diceret mulieri: *Non comes modo confessionem, quia prius habeo tecum loqui*: aut aliquod signum adderet pravam intentionem indicans, de quibus n. 498. & ad num. 554. ad 574. tunc quidem esset casus denunciacionis; quia provocatio futura esset incepta per illa verba; aut signa immediate post confessionis petitionem, juxta dicta n. 506. 507. 511. & 570.

QUERES X.

521 *Mulier accessit ad Confessarium fidei dicens se velle confiteri: Confessarius autem confessionem dissuasit, & statim tractavit inhonestam, An denunciandus?*

Resp. esse denunciandus, Tancr. cit. q. 19. quia Confessarius nesciens fictionem mulieris, vere ex parte sui tractavit inhonestam occasione confessionis.

CAPUT VIII.

De septima Clausula.

Sive extra occasionem confessionis in Confessionario.

QUERES I.

522 *Confessarius extra confessionem, nec simulans confessionem, in Confessionario sedens sollicitavit mulierem pariter ante Confessionarium stantem, ut sedentem, An sit denunciandus?*

Negant esse denunciandum Leander cit. n. 9. 30. & apud ipsum Feiras, Fagundes, Souza, Calotropi, Lezana, Sancius, Hurtado, Boffis, Donatus tom. 3. tract. 13. qu. 53. & alii; quorum ratio est solum fundamenti oppositi. Nimirum quia Greg. XV. per suam Bullam universalem editam 30. Augusti 1622. Decretum Pauli V. declaravit, mitigavit, aut retrinxit ad terminos simulationis, per illa verba: *Sive extra occasionem confessionis in Confessionario, aut in loco quocunque, ubi confessiones audiuntur, simulantes, ibidem confessiones audite.* Ubi Pontifex comprehendit calum nostrum, sed illi addit simulationem; cum igitur in casu non sit simulatio, esse habeatur sollicitatio in Confessionariis, habetur sacrilegium, sed non casus denunciacionis.

Resp. eam esse denunciandam, Diana p. 1. et. 4. res. 18. par. 4. et. 5. res. 38. Bord. in *facro Trib. e. 25. n. 6.* Eicobar, Trullench. apud Leandrum cit. Resoluto expresse habetur in decreto Pauli & ut sequitur:

522 Feria 5. die 10. Julii 1614. *In Generali Congr. S. Rom. ex Univers. Inquisit. habitis in Palatio Apost. coram SS. D. N. D. Paulo Divina Providentia Papa VI. &c. facta relatione, quod multi Confessarii tractant cum mulieribus in Confessionariis, extra occasionem confessionis de rebus inhonestis; SS. decrevit, ne contra huiusmodi Confessarios procedatur in Sancto Officio.*

Falsum autem est, quod Gregor. XV. prædictum Decretum retrinxerit ad terminos simulationis. 1. Quia Pontifex in materia simulationis semper dilatare, non retrinere onus denunciacionis, ut constat ex num. 482. & præsertim Gregor. qui per allatas particulas; *Sive extra occasionem confessionis in Confessionario, expresse confirmat Decretum Pauli V. 2. Quia in his verbis: Sive extra occasionem confessionis in Confessionario, aut in loco quocunque, ubi confessiones audiuntur, simulantes ibidem confessiones audite;* particula *aut*, cum fit disjunctiva, distinguit, & disjungit casus; ex quo fit, quod sic ut particulae posteriores non possunt conjungi cum prioribus; neque *ubi simulantes*, cum sit terminus restrictivus posteriorum, potest conjungi cum prioribus. Unde per priores particulas habet respectum ad injuriam loci, utpote ad Tribunal ordinarium Sacramentalis iudicii, non ad confessionem; nam expresse confessionem excludit per particulas: *Extra occasionem confessionis*, & ideo non requiritur simulacionem. Per posteriores vero particulas habet præcise respectum, non ad locum, sed ad confessionem; & ad ejus injuriam, & ideo requirit simulacionem, ut terminus restrictivus priorum particulas: *Aut in loco quocunque.* Alioquin omnia peccata carnis à Confessario commissa, aut tentata, essent denuncianda, quia in aliquo loco committitur, aut attentantur. Et hinc est germanus sensus Bullæ Gregor.

QUERES II.

524 *Mulier volebat quoddam suum familiare negotium Confessario extra Confessionarium commutare, ille autem pravam habens animam, ut libere ageret, eam duxit ad Confessionarium, & ibi confessionem non simulans, eam sollicitavit, An sit denunciandus?*

Resp. affirmative. Constat ex priori casu.

QUERES III.

525 *Confessarius, non advertens confessionem unius mulieris, ea non audiente, fecit signa inhonestis alteri ante conspectum existentis, An denunciandus?*

Resp.

Resp. cum distinctione: Si mulier, cui fuerint facta signa, exspectat ante conspectum Confessarii expectans confessionem, uti regulariter mulieres expectantes extare solent, quod facilliter excircumstantis dignoscitur, est denunciandus ut sollicitator occasione confessionis; quia illa expectatio est virtualis peccatio confessionis.

Si vero non exspectat ibi expectans confessionem, sed casu, aut alio fine; tunc, si signa fecit in Confessionario, est denunciandus uti sollicitator in Confessionario, *juxta dicta à n. 522.*

Si autem non in Confessionario, sed in alio loco, non est denunciandus; quia respectu ad talem mulierem, nullo pacto potest habere locum simulatio, aut respectus confessionis, quae sunt alia capita denunciationis. Et solum tunc est denunciandus, si illa una mulier, cujus confessionem audiebat, signa alteri facta percepisset. Tunc quidem est denunciandus ut violator quartae Clausulae: *Sive inter se, sive cum aliis quomodolibet perpetranda.*

CAPUT IX.

De Octava Clausula.

Aut in loco quocunque, ubi confessiones Sacramentales audiuntur, seu ad confessionem audiendam electo, simulantes ibidem confessiones audire.

526 **R**ede Bord. citat. num. 12. advertit Bullam Greg. tria loca distinguere, ubi confessiones audiuntur. Primus est Confessionale ordinarium, quod confici solet ex ligno, habens laminam ferream cum foraminibus parvis, ut quodque in Ecclesia collocatur. Qui locus est expressus per priorum particulam: *In Confessionario.*

527 Secundus est locus quicunque ab illo distinctus, ubi confessiones audiuntur: tales sunt in domibus Religiosis Cellulae quaedam in primo Claustro, aut in Sacristia; hic secundus locus exprimitur per particulam: *Aut in loco quocunque, ubi confessiones Sacramentales audiuntur.* In aliquibus autem ex praemissis Cellulis non sunt nude sedes, aut scamna, sed adaptatim video tabulam cum laminis ferrea minutim perforatam, ad unum latius cuius est sedes pro Confessario, ad alterum genusferum pro penitente: tabulam sic aptatam dico spectare ad locum primi generis, ac prout comprehendit sub particulis prioribus de *mon.* 522. quia habet formam Tribunalis ordi-

narum Sacramentalis iudicii, & pro tali effectu specialiter, ac praecite constructum; unde Confessarius, qui ibi extra occasionem confessionis, nec confessionem simulans, adolescentem sollicitaret, denunciandus esset juxta ibidem dicta.

528 Tertius locus est ille, quem Confessarius ex sui placito pro eo tempore, quo confessionem excipit, eligit. Hic potest esse in scamno Ecclesiae, in foro, in domo, in agro, in monte, & ubique; genitiora in sacristis pro praeparatione Sacerdotum ad Missam, & pro praeparatione actione destinari solita, ad locum secundi, aut tertii generis spectare non dubito, quando in eis confessiones audiuntur. Hic tertius locus exprimitur his particulis: *Seu ad confessionem audiendam electo.* Per has ergo particulas non exprimitur locus primi generis, nempe Confessionarium ordinarium, quia leges non patiuntur clausulam superfluum, aut quae cum alia confundatur, *Gloss. in l. quod mortu, Bord. cit. n. 44.*

529 Hic me cohibere non possim, ne acriter reprehendam Confessarios illos, quos meo iusto abominations odio, tam praecellens misericordiam etiam erga mulieres exercere incipio in scamnis Ecclesiae, in Capellatum gradibus sedentes, uti negligit mulierculae, ac indiscriminatis in aliis despectus locis. Erubescant, & vereantur dignitatis, qua insignuntur, & muneris, quo funguntur, sunt memores: sunt facere animae iudices, iudices temporales corporis intendant. Invigilent Superiores, & humilimos de contemptibiles haud patiantur; sed a confessionibus, quas imprudenter excipiunt, auferendant, moneo.

In locis ergo secundi, & tertii generis, ut in sollicitatione habeatur onus, & casus denunciationis, requiritur confessio, ut in *c. 6.* vel simulatio confessionis; non sic in loco primi generis, ut in *c. 8.*

QUERES I.

530 **C**onfessarius quidam Monialium extra occasionem confessionis, nec confessionem audiendam, sedens tamen ad orationem, ubi solent Monialium confessiones audiri, sollicitavit Monialem illicitam, ne imbonestros sermones habendo, An sit denunciandus?

531 **S**ancius *disput.* 11. prope finem apud Bord. cit. n. 45. tenet, non esse denunciandum, quia ille est locus communis, & indifferens; qui tamen definitur pro eodie, quod deputatur pro confessionario; & eo die sollicitationem ab eo factam esse casum denunciationis. Pro-

532 Pro resolutione tamen est necessaria distinctio. Crates enim Monialium sunt duplicis modi. Primi modi sunt crates per se destinate ad loquendum, quae dicuntur locutoria: & extare solent, nedum extra Ecclesiam in parlato communi, verum etiam in ipsa Ecclesia. Secundi modi sunt crates per se, & specialiter deputatae ad confessiones à cratribus in eadem Ecclesia ad loquendum destinatis distincte, quaeque in normalibus Monasteriis solent esse constructae laminis perforatis minutim, uti confessionarium orum laminam.

533 Resp. praetarium Confessarium Monialium, si in honestos sermones, aut tractatus habuit cum Moniali in crate primi modi, non esse denunciandum; bene vero, si in crate secundi modi. Ratio primi est; quia crates primi modi est indifferens ad loquendum, vel ad confessionem audiendam; adeoque spectat ad locum tertii, aut ad summum secundi generis, ubi ad hoc, ut sollicitator onus denunciationis pariat, requiritur confessio, aut simulatio confessionis, quae non habet in casu.

534 Ratio secundi est; quia crates secundi modi non est indifferens, sed per se, ac specialiter deputata ad confessiones, & solet esse constructa modo specialiter à ceteris distincto, hinc habet rationem veri Tribunalis ordinarii Sacramentalis iudicii, & loci primi generis comprehendit sub prioribus particulis Bullae Gregor. *Sive extra occasionem confessionis in Confessionario.* Quod maxime suadet; quia Abbatise, & Superiores reprehendere solent Moniales, quam in locis illis familiares discursus distinctos ab eis, qui ad confessionem, aut spirituales animarum instructionem pertinent, cum exterius audient habere; cum autem sollicitatio in locis primi generis, ut onus denunciationis pariat, non requirit confessionem, aut simulationem confessionis; sequitur, quod praefatus Confessarius sollicitando, seu in honestos sermones, aut tractatus habendo in cratribus secundi modi, sit denunciandus.

535 Si vero detur casus, quod in aliqua Monialium Ecclesia non sit nisi una crates communis, ut ad confessiones, quam ad loquendum, tunc posset habere locum placitum Patris Sanciai, quatenus esset locus indifferens ad utrumlibet.

536 Hic locum sumas de Confessario Monialium, unde non est sermo de Sacerdote approbato pro secularibus, non approbato tamen pro Monialibus, quia hic non est Confessarius pro secularibus, unde sicut Sacerdos non approbatus pro secularibus non comprehenditur in Bulla Gregor. nisi fingat se Confessarium,

ita neque Sacerdos approbatus pro secularibus, non approbatus pro Monialibus, Comprehenditur in Bulla Gregor. nisi fingat se Confessarium Monialium, n. 485. *Tancr. tom. 4. tra. 2. l. de Penit. q. 18. n. 489.*

QUERES II.

537 **C**onfessarius in scamno sedens excipit plurimum confessiones, immediate tamen accessit mulier, non ut confiteretur, sed ut loqueretur cum Confessario, genitiora igitur est enim allocuta: Confessarius autem non simulans ex parte sui confessionem audire, eam sollicitavit, An sit denunciandus?

Videtur, quod sit denunciandus; quia ex Bulla Gregor. live in Confessionario, si veni in loco quocunque extra confessionem simulat confesso, habet casus denunciationis: ita est praefatus casus; quia status feminæ genitiora in loco, ubi immediate sunt confessiones exceptae à Confessario, est simulatio confessionis.

538 Resp. tamen non esse denunciandum, sequitur a fortiori ex Leandro *rr. 5. de Penit. disp. 3. q. 31.* cum aliis, qui proponens similem casum in Confessionario, aut, non esse casum denunciationis.

Et quamvis *mn. 522.* affirmaverim esse casum denunciationis, si contingat in confessionario, nedum genitiora, sed etiam stante muliere; id nego, si eveniat extra Confessionarium etiam genitiora muliere, v. n. 540.

Ratio est; quia non habetur simulata confessio; nam illa genitiora feminam ante Confessarium post aliorum confessiones immediate exceptas, est signum indifferens, ac prout non est sufficiens, ut adiantes intelligant confessionem ibi fieri, quoniam solent mulieres cum Confessario, nedum ante scamnum, sed etiam ante Confessionarium, & ibi genitiora, loqui, ac negotia pertractare, loqui cum Confessario ex parte sua non simulat confessionem, ut si manum ad faciem teneret, ut in auditu tando confessiones fieri solet, &c. sed potius per signa faciei, & manus oppositum offenderet, genitiora illa ex parte mulieris est signum indifferens, & insufficientis confessionis.

539 Imo gratis dato, & non confesso, quod affata genitiora ex parte mulieris, sit simulatio confessionis, adius non habetur casus denunciationis; quia hoc onus non se extendit ad plus, quam ad verba Bullae, & legis, quae comprehendunt praesertim simulationem tenentem ex parte Confessarii, per illa verba, *Sacerdotes simulantes confessiones audire.*

Confirmatur: potest dari casus, quod

Confessarius sollicitans mulierem genuflexam non sit denunciandus, & quod sollicitans mulierem non genuflexam sit denunciandus; igitur genuflexio mulieris est de se indifferens ad onus denunciationis. Assumptum loquitur: nam si Confessarius extra confessionem, & confessionem, stans, aut ridens sollicitaret feminam genuflexam, non esset denunciandus: & contra, si extra confessionem & confessionem in alio loco, applicatus tamen sicut ad audendam confessionem, sollicitaret feminam coram ipso sedentem, esset denunciandus, ubi ratio discernit non est genuflexio; quia non habetur in secundo casu, qui tamen est casus denunciationis; igitur est sola simulatio ex parte Confessarii, quae habetur in secundo, minime in primo, ac proinde mulieris genuflexio est de se indifferens ad onus denunciationis: v. n. 544.

540 Hanc tamen resolutionem omnino regulatam volo cum advertentia in n. 545. adducenda, nimirum, quod si genuflexio mulieris non sit pura genuflexio, & talis, qualis haberi communiter solet à mulieribus extra confessionem praesente aliquotibus, sed sit circumstantionata signis, ut adstantes prudenter iudicent confessionem auditam, & Confessarius talem genuflexionem permittat: tunc habetur casus simulationis, ac proinde Confessarius sollicitans est denunciandus.

QUÆRES III.

541 Confessarius, & mulier, ut liberius in honesta tractarent, conveniant ambo simulare confessionem, & sic egerint, An Confessarius sit denunciandus à muliere?

NEgant Casrop. tr. 4. di. 9. p. 8. etiam si id fuerit in confessionario, dicens nemini incumbere obligationem denunciandi, non Sacerdoti, ut constat, neque penitenti, si alia esset obligatus denunciare seipsum.

Resp. Mulierem omnino teneri denunciare Confessarium, etiam si id contigerit extra confessionem. Ratio est. 1. Quia talis Confessarius est vere simulans confessionem audire, & adeoque comprehensus in Bulla Greg. 2. Quia si conventio simulationis impedit onus denunciandi, nunquam posset dari casus, quod praesentia clausula simulationis pareret onus denunciationis, adeoque esset superflua; nam quando simulatur confessio, certum est, quod id fecit mulier, & consentiente, quod non intendit confessionem. 2. Quia simulatio est ex condico utriusque. Ut modo parabit. 4. Quia mulier non tenetur exprimere suum consensum, & suam conventionem: n. 578.

QUÆRES IV.

542 Quid importet simulatio confessionis, & quomodo denunciationis parit?

Resp. cum Bord. de Inquis. c. 23. n. 43. simulatio confessionis tunc habetur, quando tamen Confessarius quam mulier ex condico, sine intentione confessionis, eam fingunt signis externis sufficientibus, ut adstantes intelligant, ubi hic & nunc confessionem auditam. Unde simulare confessionem est sollicitationem intentam confessione ficta velare.

543 Signa externa simulationis ex parte Confessarii sunt sedere in loco convenienti, benedicere mulierem, manum ante faciem tenere, ut in aulicando confessiones fieri solet, & demum manum supra caput ejus extendere, fingendo illam absolvere. Ex parte autem mulieris signa sunt genuflexio, signum Crucis, percussio ipsis, manuum conjunctio, collocutio humilis cum Confessario, quae exterius apparet accusatio peccatorum. Ita Bord.

544 Dicitur sub condico, quae si unus illorum intendit confessionem, & alter non, & contingat sollicitatio, erit casus denunciationis, non tamen titulo simulationis, sed alterius tituli ex septem superioribus expostis, & nu. 517. relatis.

Bord. in man. Consult. sect. 25. nu. 52. confirmat, simulationem confessionis, ut confessio talis credatur, debere esse mutua, tam Confessarii, quam penitenti; non solum in intentione, sed etiam quoad actum exteriorem confessionis, & genuflexionis, quibus statim à circumstantibus creditur vera confessio, non vero ejus persona, quae stans alloquitur Confessarium sedentem in Tribunali; ita ille.

At Elcobar apud ipsum tenet sufficere simulationem ex parte Confessarii tantum; quia Bulla afficit tantum Sacerdotes, simulantes ibid. confessiones audire, n. 540.

545 Illud advertendum volo, quod si mulier ex parte sua confessionem simulat per recentia signa externa sufficientia, ut adstantes iudicent confessionem auditam, & Confessarius ex parte sua non det signa opposita, sed signa simulationis mulieris permittat, habetur simulatio ex condico, sufficiens ad onus denunciationis, si sollicitatio contingat, n. 580.

A P U T X.

De nona Clausula.

Sollicitare, vel provocare tentaverint.

546 Hæc clausula est satis explicata cap. 4. à n. 498.

QUÆRES I.

547 Confessarius dixit penitenti verba quaedam provocativa ad inonestam, penitens autem, vel quia distracta, & applicata ad peccatorum confessionem, vel quia distracta, talia verba non audit, aut non advertit: quod Confessarius dignoscens, ea verba non repetit, sed sit provocatus confessionem; tamen vero factum intellexit, & percipit una mulier, quæ in proximo latere reperiebatur, An sit denunciandus?

NEgat Bord. cit. n. 15. quia, ut penitens ducatur sollicitata, debet habere cognitionem verborum, aut signorum sollicitationis, vel provocacionis ad inhonestam; non enim persona dicitur sollicitata, quando ad ea non advertit, cum actus sollicitationis suam non haberet influentiam in personam.

Resp. esse denunciandum, ut violatorem frequentis clausulae, quatenus inhonestos sermones cum penitente habuit. Tractatus enim, & sermones inhonesti (ut fatetur ipse Bord. cit. n. 12.) dupliciter contingere possunt. 1. Sine provocacione. 2. Cum provocacione ad alium inhonestum, & inter se, sive cum aliis perpetrandum, juxta nu. 501. & utroque modo est casus denunciationis; in praesenti casu verba illa, licet ex defectu influentiae non haberent rationem sermonis inhonesti cum provocacione, habuerunt tamen rationem sermonis inhonesti sine provocacione; quod sufficit, ut casus comprehendatur sub hoc clausula, & inde sit denunciationis, n. 550. Tum quia de tali Confessario male praesumitur cum aliis penitentibus, atque inde habetur finis legis.

QUÆRES II.

548 Confessarius dixit in confessione puella verba sollicitationis; puella autem simplex, quæ vim verborum ignorabat, nil mali tunc cogitavit, sed post multum temporis marito data cognovit, quod Confessarius inhonestè voluerit, unde petit ab alio Confessario. An tenetur primum Confessarium denunciantem ad hoc appellare, & ab illo?

ALium proponit Bord. in man. Consult. sect. 25. à n. 79. & fere habet, ut sequitur: Respondit unus, non tenet. Alius eam obligatam esse dixit ad denunciandum. Tertius dicit,

omnia delicta, tam publica, quam privata, scripto viginti annorum in scribi, de communi Farinac. q. 10. n. 1. excepta heresi, quæ nunquam prescribitur, ex eodem n. 37. Ergo à die confessionis conjuncta cum verbis sollicitationis, usque ad conjunctionem virtutis illorum, transierunt viginti anni, non tenetur denunciare, quia sola heresi non prescribitur, utique illius suspicio procedens à delicto, quod non est formaliter heresi.

549 Ego dico, puellam ad nihil teneri, quia cum ignoraverit tunc significationem, & vim illorum verborum, sicut tunc non contraxit obligationem denunciandi, quæ supponit notitiam illorum verborum. Ita neque deinde contrahit in hoc casu, cum post multum temporis venisset in cognitionem sensus illorum verborum, & sic sollicitatio tunc cognita non potest dici facta immediate ante, vel post confessionem.

Hæc Bord. v. n. 611.

C A P U T XI.

De decima Clausula.

Aut cum vis illicitus, & inhonestos sermones, sive tractatus habuerint.

550 **S**ub his verbis comprehenduntur etiam sermones inhonesti sine provocacione; nam hæc clausula est distincta à priori, Sollicitare, vel provocare tentaverint, & additur cum particula disjunctiva, aut, quod non esset verum, imo clausula hæc esset superflua, si solum comprehenderet sermones inhonestos cum provocacione: v. n. 528.

QUÆRES I.

551 Duo Confessarii ita se habuerunt; unus proxime ad confessionem arte in somnum induxit feminam, quam sopitam cognovit: alter feminam, quæ confessionem petiit, inu suavit, sed proprio morbo somno sopitam cognovit, An sint denunciandi?

552 **S**ancius, & Trullench, apud Leandrum tr. 5. de pœnit. disp. 3. q. 33. affirmant de primo, negant de secundo; quia ille est vere sollicitator, & provocator; ille vero ille tantum torquitor; Bulligantem sunt edita; non contra Confessarios fornicantes proxime ad confessionem, sed contra sollicitantes.

553 Resp. utriusque esse denunciandum. Diana p. 10. tr. 4. ref. 43. Leander cit. Primum, quia vere sollicitavit, non verbo, sed opere feminam in confessionem, aut proxime ad confessionem, dum arte eam tunc ad somnum induxit ad inhonestam. Secundum, quia licet pro-

proprie non sollicitavit, seu provocavit; habuit tamen cum eo tractatum inhonestum, non verbis, sed opere, quod est plus: quodque cum sit principalior effectus inhonestus, eodem rigore prohibetur per Bullam Greg. & licet in neutro casu mulier peccaverit, in utroque casu Confessarius injuriam intulit Sacramento.

QUERES II.

554 *An Confessarius poenitentem de pulchritudine laudans sit denunciandus?*

Negat Freiras apud Dianam p. 4. r. 5. ref. 18. quia mulierem de pulchritudine laudare non est sermones inhonestos habere.

Afirmant Diana cit. Peyr. Bonac. quia talis laudatio est graviter peccaminosa, nam est impertinens ad confessionem, & hujusmodi laudibus amantes solent mulieres trahere, & incitare ad amorem; non sunt verba honesta.

555 Resp. cum distinctione: est denunciandus, si nullus appareat finis honestus talis laudis; quia tunc habet locum ratio secundae sententiae. Non est denunciandus, si finis honestus appareat, v. g. si mulier conquesta sit de adulterio mariti, & Confessarius addat: *Tibi facis injuriam, quae est juvenis pulchra nimis, subvincta, &c.* tunc enim verba illa specificantur a fine non turpi, & onus est de sollicitatione ad inhonestam.

Quod si praefata verba laudis proferantur a Confessario sine occasione, est denunciandus, quia tunc sunt impertinentia, & suspecta, Diana p. 9. r. 8. ref. 32. qui in hoc sensu negat in p. 4. Idem tenet Tanc. 10. 4. de poenit. q. 12. & Bord. cit. cap. 23. q. 8. n. 59. qui monet proinde mulieres, ut non sint sollicitae ad denunciandum, quando verba possunt trahi in bonum sensum; sed consulant viros doctos, & timoratos, ne sine causa Confessarios infament: & in dubio se abstinant. Ita ille.

Et ego monco Confessarios, ut à similibus laudibus licet non ex turpi fine, omnino se abstineant, sicutque prudentes, ac vigilantes in verbis, & nullo pacto in hujusmodi angustias se ponant. Nam confessionale non est locus laudandi mulieres, sed reprehendendi.

556 Illud certum est, Confessarium esse denunciandum, si dum audit confessionem servat, laudet de pulchritudine dominam suam, rogando, ut illi referat, Sallies Reg. 152. num. 118. quia talis laus excusari non potest, cum tunc non alloquatur cum domina.

QUERES III.

Casus duodecim.

559 *Primus Confessarius dixit poenitenti*

1. *Essem secularis, tecum invidet.*

2. *Memor essem, quia te ex corde diligo.*

3. *Expella me hodie domi tuae, quia habeo tecum loqui.*

4. *Hec tua peccata cadere me fecerunt in pollutionem involuntariam.*

5. *Mulieri confiteri volenti dixit: Nolo te audire in confessione, quia amoris tui captus sum, ne tibi, & mihi aliquid mali contingat.*

6. *Mulieri in confessione sollicitanti respondit: Estne hic locus similia loquendi? seu. Fiti, hic non est locus de hac materia loquendi.*

7. *Vel respondit eidem: Desit ne locus aut tempus hoc loquendi?*

8. *Suaam concubinam objurgavit ex zelotypia, quod cum alio se immiscuerit.*

9. *Dixit: Cur etiam mecum non es humana?*

10. *Dixit: Veniam in domum, & promitte mihi facere, quod volero.*

11. *Mulieri consentienti desiderium libidinosum dixit: De hoc age mecum post confessionem.*

12. *Mulieri in confessione sepius graviter conquerenti de verbis turpibus sibi à quodam juvene dictis, dixit: Quid caput semper obtundis? certe, si alius carus tibi dixisset, non questus esses. An sint denunciandi?*

In his, & similibus casibus, ut locum habeat difficultas, omnino supponendum est, hujusmodi actiones factas esse in confessione, aut proxime ad confessionem immediate ante, aut post, vel occasione, aut preterito confessionis, vel in confessionario, aut cum simulatione confessionis, juxta septem capita denunciacionis ex n. 518. extra quae si contingat, nullo pacto parium opus denunciacionis. Hoc praemisit.

558 Ad primum, & secundum, negat Bord. nu. 34 quia verba non important peccatum mortale, & solum expliçant pudicum affectum, qui reperitur inter conjuges.

Resp. utrumque esse denunciandum, Diana p. 6. r. 10. ref. 33. quia praefata verba sine aliqua occasione in confessione dicta, sunt impertinentia ad confessionem, & excitativa ad vennerem, ac proinde inhonesta, non minus quam verba laudis sine aliqua occasione dicta ex n. 556.

559 Ad 3. Resolutio pendet ex exitu tractatus in domo; nam si tractatus est inhonestus juxta dicta in n. 506. Confessarius est denunciandus.

ciandus, quia sollicitatio, licet sit facta in domo post confessionem, dicitur tamen moraliter facta in confessione, quatenus est mortaliter conjuncta cum verbis habitis in confessione, per se ordinat ad tractandum inhonestum in domo: nam animus ex facto etiam nullo, & sola attentione declaratur, l. legatum, §. ff. de alim. legat. & factum alicujus ipsam judicat, l. cum probato, ff. probat. Bord. in man. Consult. f. 25. n. 592.

560 Ad 4. Resp. esse denunciandum, Bord. nu. 54 quia ille est fermo valde mentem poenitentis conturbans in ordine venereo, ac proinde inhonestus; & multo magis, si aperiat delectationem, aut pollutionem voluntariam intra confessionem habitat; non est autem denunciandus, si il aperit mulieri extra confessionem, quia non habentur capitula relata n. 557. Leander r. 5. de poenit. disp. 13. q. 14.

561 Ad 5. negat Bord. n. 55. quia per ea verba potius colligitur detestatio sollicitationis obmajum, quod sequeretur.

Resp. tamen esse denunciandum, Trimarchus disp. 3. f. 3. n. 33. de sollicit. quia per illa verba fit ostensio amoris venerei, & illa disuasio est vera inducio, & provocatio ad inhonestam calliditatem palliaratione mali.

562 Ad 6. Resp. non esse denunciandum, nec esse casum sollicitationis; quia per verba illa Confessarius praecite disuadet mulierem à malo, & ei declarat reverentiam debitam loco.

563 Ad 7. Resp. esse denunciandum; quia verba illa clare suggerunt locum, & tempus mulieri, quo tractatum inhonestum habeat; adeoque sunt inhonesta.

564 Ad 8. Resp. cum distinctione: vel objurgatio est talis, ut iudicio prudenti non faciat dignoscere, quod procedat ex zelotypia: talis est, si fit modesta, & pura reprehensio medicinalis peccati, quae regulariter Confessarii timorati & prudentes uti solent; & tunc non est denunciandus, quia reprehendere peccata carnis est virtuosum; nec est novum, quod Sacerdos inhonestus, & perditus dum gerit rem peccatoris, sit tamen honestus, & vigilans, dum libet manus Ministris Christi. Neque oblat, si Confessarius revera moveatur ex zelotypia, quia cum signa, & verba externa reprehensionis honestae (ut supponimus) non faciant illam dignoscere, erit tantum zelotypia interna. & sollicitatio mente retenta, quae non subjacet Bullis, & oneri denunciacionis.

Vel objurgatio est talis, ut iudicio prudenti faciat dignoscere, quod procedat ex zelotypia: talis est, si excedat limites modestae reprehensionis peccati: talis, inquam, est, si mulier confessae est peccata carnis commissa, tam

Exam. Ecclesiast.

cum alio, quam cum ipso Confessario, & Confessarius cum oburgat solum de commissis cum alio. Aut reprehensio est ita ardens, ut addat minus, injurias, vel alia signa, & verba, quae zelotypiam ostendant: & tuac est denunciandus, quia talis actio est provocativa ad lasciviam, aut saltem est signum ostentivum amoris lascivi.

Nec aliud (si attente considerentur) intendunt Leander cit. q. 16. dum affirmat, & Freiras, apud Dianam p. 4. r. 5. ref. 43. dum negat esse denunciandum, & Tancr. infra q. 22. dum ait, non censeri loqui turpia, nec sollicitare, nisi addat alia verba, v. gr. *Et me non vis, aut quid simile.*

565 Ad 9. & 11. Resp. esse denunciandum, Tancr. tom. 4. r. 1. de Poenit. q. 17. quia sunt verba offensiva intentionis inhonestae.

566 Ad 12. Resp. Tancr. cit. q. 22. quod Confessarius sit imprudens revocando in memoriam alterius amorem, at non denunciandus: illa verba hoc sunt turpia, nec excitativa ad peccandum cum alio, sed de se objurativa nimis affectationis mulieris.

QUERES IV.

Casus Quinque.

Primus. *Confessarius dedit mulieri in confessione cibum sollicitationis, postea tamen legendum.*

2. *Post auditam confessionem mulieris misit in ejus domum litteras sollicitationis, aut lenocum, qui illam induceret ad inhonestam.*

3. *Dedit mulieri immediate post confessionem donum insolitum, v. g. anulum, nullam explicando causam.*

4. *Consuluit mulieri conjugatam in confessione homicidium sui viri.*

5. *Dixit poenitenti in confessione pecuniam, ut eam tribuat suis meretricibus. Vel ab ea petis domum, ut eo adducta suam concubinam, An denunciandi?*

567 R. Esp. ad 1. esse denunciandum, ob dicta in n. 508. ex Decr. Alexand. VII. prop. 6. die 24. Septembris 1665. etiam si Confessarius dixisset, non tamen illum ad eam mittere suum conjugium. Nam in traditione incipit sollicitatio, & in lectione perficitur. Quod si mulier epistolam non legeret, sed combureret, non esse denunciandus, quia ignorat, quid continetur: nisi Confessarius per verba, aut signa expressisset, Bord. n. 56.

568 Ad 2. Resp. non esse denunciandum, Diana p. 1. r. 4. ref. 3. in fine, ob rationes de n. 503. & 504. nisi de ea misitque monuisset

pa